



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis  
Romanorvm Pontificvm**

**Liutprandus <Cremonensis>**

**Mogvntiae, 1602**

Cap. XIV. S. Elevtherivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11115**

A. clxxxix.

## S. ELEV THERI V S.

**E**LEV THERI V S , natione Græcus, ex patre Habundio, de oppido Nicopoli, sedit annos 15. menses 3. dies 2. Fuit autem temporibus Antonini & Commodi usque ad Paternum & Braduam. Qui 8. Calend. Iunii obiit. Hic accepit epistolam à Lucio Britanico rege, ut Christianus efficeretur per eius mandatum.<sup>a</sup> Hic a in epist. ad Gallia prouin cias.c.1. ib.c.2. in constitutione sua firmauit, vt nulla communis esca, quæ rationabilis & humanæ naturæ congruere videretur à Christianis repudiaretur;<sup>b</sup> & omnium Episcoporum definitiua sententia, non nisi apud Romanam sedem terminaretur, reliquorum verò clericorū causas apud comprouinciales etiam Episcopos licetè terminandas. Idem prædictus Papa de accusationib. Episcoporū intra cætera dicit.<sup>c</sup> *Nihil absq; legitimo, & idoneo accusatore fiat. Nam & Dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est ejectus, & quicquid inter Apostolos egit pro dignitate mysterii ratum man- sit. De accusationibus comprouincialium ita legitur esse statutum.*<sup>d</sup> *Si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum credi- dit, in prouincia, in qua constitit ille, qui pulsatur, suas \* exerat actiones, nec existimet alibi eum ad iudicium pertrahendum. Proditoris nec calunnia, nec vox audiatur. Hic ordinavit Episcopos 15. presbyteros 12. diacono- nos 8.*

## C A P . X V .

A. cxev.

## S. VICTOR.

**V**ICTOR, natione Afer, ex patre Felice, sedit annos 10. menses 2. dies 10. Fuit autem temporibus Cæsarisi Agusti Antonini, qui & Verus dictus est, à consulatu Commodi 5. & Glabronis, usque ad Lateranum & Rufinum. Hic martyrio coronatur 5. Kalen. Augusti. Hic constituit<sup>a</sup>, vt Pascha die Dominico celebraretur, Theoph. Alex. De cons. dist. sicut & prius fecerat. Constituit enim si necesse, periculo mortis 3. c. celebritatem. urgente, fuerit, quounque tempore, quounque in loco, videlicet, vel in mari, vel in flumine, aut in fontibus, quemlibet licetè baptizari; tantum in nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis fiat; & hoc decreuit, vt incerta, etiamsi vera sint, nullatenus iudicentur, nisi prius manifestis iudiciis comprobentur aut manifesto iudicio conuincantur, vel iudiciario ordine publicentur.<sup>b</sup> Nec aliquius Epi-

<sup>b</sup> ibid.